



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

4 De remediis contra causas externas ariditatis spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

men est anima quadam sibi subdita negare
 substantia, & interiore iudicio ab inconueni-
 entibus exteriora franare, Et à corporeis cupi-
 ditatibus sapius libera in aula mentis possit
 diuina vacare sapientia, & ubi omni strepitu ter-
 renarum silense curarum in meditationibus
 sanctis, & in deliciis latetur aternis.

De remediis contra causas externas
 sterilitatis spiritualis.

C A P. IV.

DIXIMVS negligentem soli culturam in
 duobus sitam, nempe, quod non arare-
 tur, & impinguaretur. Remedium ergò su-
 memus ex similitudine diligentis culturae.
 Qui enim diligenter agrum colit, primum
 solet euellere spinas, & stirpes inutiles, de-
 inde eiicere lapides, qui labores impediunt,
 ac demum aratro profcindere. Vt igitur ad
 rem veniamus; id in primo remedio, & se-
 quentibus agemus, vt varias virtutes mon-
 stremus homini spirituali necessarias ad re-
 ctè meditandum. Euulsio itaq; illa spina-
 rum ex agro, indicat mortificandas nobis esse
 animi perturbationes. Christus enim apud
 Mattheum declarauit amorem esse spinam
 G g semen

Matt. 13. Semen diuinum suffocantem. *Aliud*, inquit, *cecidit inter spinas*, & *orta suffocauerunt illud*. Eiectio autem lapidum docet nos, habitus prauos & inueteratos esse deponendos. In aranda terra verò tria interueniunt notatione imitationeq; digna. Primum est, quod frustum terræ aratro proficillu, separaretur à reliqua terra. Qua separatione indicatur, non posse fertilem reddi animæ nostræ campum per orationē, nisi ab amore rerum terrenarū sit auulsa. Alterum est, quod aratione superficies terræ superior fiat inferior, vt indicetur, proficere in virtute cupientem debere se totum tradere virtuti obedientiæ, sic vt superioris voluntas semper emineat, ipsius autē voluntas ordinariē sit inferior & subiecta. Tertium est, quod si post arationem frustū aliquod terræ æquo grandius supersit, id agricola comminuat, vt indicetur oranti procurandum, vt cor habeat contritum & humiliatū, secundum illud Psalmi. *Cor contritum & humiliatum*
Eccle 35. *Deus non despiciet. Et Ecclesiast.* *Oratio humilantis se penetrat calum.*

Bern. ser. 2. de Petro & Paulo.
VENIAMVS ad stercorationem agri spirituali, de qua sic loquitur B. Bernardus. *Stercora planè vtilia ad aspectum, sed ad fructum vtilia. Non refugiat hęc fæditatem, qui*
facun-

secunditatem desiderat siquidem ex deformi
 stercore aceruo, qui portatur in agrum for-
 mosus surgit aceruus manipulorum, qui re-
 portabitur ex agro. propterea non vilescat ho-
 biuilitas pretiosa, sed pretiosorem cunctis the-
 sauris Ægypti Christi paupertatem aestimate.
 Hæc de paupertate. Addit deinde de repre-
 hensionibus. An non impinguatur, qui incre-
 patus benignè accipit, mansuetè respondet, li-
 benter emendare conatur? Hæc sanè salubris
 & secunda impinguitio est, ut corripiat me
 iustus in misericordia. Deinde pergit inuehi
 in ignauos & proteruos sed quid agimus, in-
 quiens, quod hoc fimo videmus aliquos lapsi-
 dari & indurari Hinc namq; scriptum est. de
 stercore bouum lapidabitur piger. Solent quoq; *Eccle. 22.*
 rustici impinguare terram stipulis post de-
 messas segetes relictis, eas in terram defo-
 diendo, quæ quia intus vacuæ sunt, signifi-
 cant nos vacuos esse debere cogitationibus
 & cupiditatibus rerum terrenarû, si velimus
 impinguare agrum animæ nostræ Imò cõ-
 sueuerunt & vitiles herbas eodè modo subige-
 re in agris, vt fabarû, aliorumq; leguminû,
 qua re monemur etiã licita quædã aliquan-
 do abscindenda, vt rectè meditari possimus.

RESTAT vt transeamus ad remedia con-
 tra vitium seminis ysurpãda. Semen autem

diximus esse noticiam, quam habemus ex scientiis, naturali, morali, vel Theologica, vel acquirimus librorum spiritualium lectione, vel piorum sermonum, exhortationumue auscultatione, aliisque modis. De quibus omnibus dico primo. sicut dum fementis faciēda est, optimum quæritur frumentum, sic vitę spiritualis scopum esse debere, vt ad maximam eius perfectionem contendatur, & non cogitetur satis esse, in infimo eius gradu persistere. vel etiam conuenire, si indifferentium rerum noticiam non refugiamus, vt rerum bellicarū, digladiationum, venationum, aliarumq; id genus, cogitando, quod tandē & illa ad pium finem conuertere velimus. Qua ratione similes profecto essemus iis, qui licet allia & cœpas non comedunt nisi bene conditas & coctas, tamen postea tetrum odorem exhalant, hoc est, meditaremur quidem piē, sed non sine multis distractionibus. Secundo, seminis loco habere debemus tantum res merē spirituales, non permixtas vanis & curiosis, quæ sunt instar lolii. Tertio, debet & scopus nobis propositus esse spiritualis ab omni vanitate alienus. Vnde B. Bernardus in Cantica ita scribit *Sunt qui scire volunt eo sine tantum, & sciunt, & turpis curiositas est, &*

Bern. ser.
38.

est, & sunt qui scire volunt, & sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Denique caue, tanquam ignem, ne rerum spiritualium exercitia prore ludicra & parui momenti habeas, aut ridiculè & iocose de iis loquaris, id enim esset verbum Dei profanare, sanctaque exercitamenta pietatis non modo infructuosa, sed etiam animæ tuæ damnosa reddere.

POSTREMO pro remedio defectus cœlestium influxionum respondeo. Quemadmodum diximus causam defectiois esse, quod mandata Dei non præstentur, in religiosis verò quod regularum observatio negligatur, sic optimum remedium ad obtinendas diuinas inspirationes, & peculiaria auxilia, esse ipsam legum & diuinarum & humanarum obseruationem. Ita enim Deus ore suo promisit in Leuitico *Dabo vobis plenum* *Leu. 26.*
temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. hoc est, intellectus ornabitur cogitationibus cœlestibus, & voluntas sanctis desiderijs. Vbi nota quæso fertilitatis magnitudinem. *Apprehendet, inquit, messium trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem.* q. d. tantam fore copiam frumenti, vt messis duratura sit vsq; ad vindemiam, & vindemia vsq; ad sementem. *Sed obseruanda sunt duo* *Deut. 28.*

Gg 3 pacta,

Deus. 28. pacta, quæ DEVS ratione promissionum suarum nobiscum iniit. *Si mandata inquit mea custodieritis, & in præceptis meis ambulaueritis.* hoc est. promitto vobis me abundantiam illam vobis concessuram, si non solum meis legibus parere cœperitis, sed etiam in earum obseruatione perseveraueritis, & progressum feceritis, id enim significat verbum *ambulaueritis.*

Exercitia vsurpanda tempore ariditatis.

C A P. V.

PRIMUM est. crebrius vti inter meditandum applicatione sensuum. In ea enim breues discursus sufficiunt, & res sensibiles istæ viam aperiunt, & dirigunt ad illa pauca. Sed memineris, tunc id tibi licere tantum, quando omnes suprascriptos meditando modos probaueris, qui nõ facile sunt deserendi.

SECONDVM est, vsurpare Colloquia, & discursus varios, vt dictum est alibi, quia animus valde inflammare solent & excitare, ac inter cætera posses cum Dauide dicere, illud Psalmi 135. *Anima mea, sicut terra sine aqua,* & si quæ sunt similia, ab ipsa siccitate occasionem capiendo.

TERTIUM